UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Vxor

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Alexander frequenter dicere ſolitus eſt: Vt maxime ſanetur vulnus quod illatum eſt, manet tamen cicatrix. Senſit vir clariſſimus, vulnus facile quidem ſanari poſſe, vt dolor omnis auferatur: cicatricem tamen, hoc eſt, iniuriæ factæ memoriam, ſemper verſari ob oculos. *Eraſ. l. 8. apoph.*

Timotheus audiens quendam acceptum in bello vulnus prædicantem ac corporis cicatrices oſtentantem: Et me, inquit, puduit, quod cum ego in Samo dux veſter eſſem, catapultæ telum prope me ceciderat, Significans, hoc vulnus illi non factum in prœlio comitus pugnanti, ſed procul. Sic ſunt hodie Thraſones, qui vulnera à bombardis corpori inflicta oſtentant omnibus fortitudinis gloriam aucupantes: cum vulnus eminus pugnando fortaſſis à puero, vel ignauiſſimo timidiſſimoq; homine acceperint. *Eraſ. l. 5. apoph.*

Vultus.

¶ Poeticæ Sententiæ.

Luc. ad Piſon.

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mæſtum.
Nec rabidum, læta ſed terricitate decorum
Poſſumus: ingenita ſtat nobilitatis in illo
Pulcher honos, & digna ſuis natalibus ora.

Sen. Thyeſt. act. 2.

Multa ſed trepidus ſolet
Detegere vultus, magna nolentem quoque
Conſilia produnt.

Idem Agam. act. 2.

Quid tacita verſas? &c.
Licet ipſa ſileas, totus in vultus eſt dolor.

Sen Her. Oet. act. 2.

Licet ipſa neges:
Vultus loquitur quodcunq; negas.

Ouid. 2. Met.

Heu quam difficile eſt crimen non prodere vultu?

Hor. 7. Epod.

Tacent: & ora pallor albus inficit:
Menteſq; perculſæ ſtupent.

Iuuen. 1. Satyr. 3.

Enſe velut ſtricto, quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens eſt
Criminibus: tacita ſudant præcordia culpa,
Inde iræ, & lacrymæ.

Sen. Oed. act. 4.

Effare: dubitas? cur genas mutat color?
Quid verba quæris?

Ouid. 8. Met.

Super omnia vultus
Acceſſere boni, nec iners, pauperque voluntas.

¶ Philoſophorum Sententiae.

Vultus ac frons, animi eſt ianua, quæ ſignificat voluntatem abditam ac retruſam. *Cic. de Pet. Con.*

Omnis motus animi ſuum quendam à natura habet vultum, & ſonum & geſtum: animi imago, vultus eſt: indices, oculi. Nam hæc eſt vna pars corporis, quæ quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poſſit efficere. Oculi enim ſunt, quorum tum intentione, tum coniectu, tum hilaritate, motus animorum ſignificemus apte. Nam oculos natura nobis, vt equo & leoni ſetas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit. 3. *de Orat.*

Et oculorum obtutu, ſuperciliorum aut remiſſione aut contractione, facile iudicamus, quantus ſit in homine dolor aut metus, aut deniq; triſtitia. 1. *Offic.*

Proditur animi natura per vultum, & ſeueritas corporis nubila quoq; mentis abſtergit. *Caſſiod. l. 3. ep. 6.*

Vultum alacrem impauidumq; militibus oſtentare proſperos rerum ſucceſſu, & maturam de hoſte victoriam deiectis etiam militum animis pollicetur. *P. Iouius hiſt. l. 14.*

Vxor.

¶ Definitio et Etymolog.

VXor, Græce γυνὴ, ἄκοιτις, ἡ, & γυναικόφιλος, ὁ, vxorius dicitur. Vxor Heb. *Iſchſchah*. Vira, viro tradita ex primaria Dei inſtitutione, *Gen. 2. cap.* Fortaſſe à verbo *Laſchah*, Eſſentiam habuit firmam, fuit in ſubſtantia ſolida & non pereunte, Nam Eua formata fuit ex coſta Adami.

Vxor dicitur mulier poſtquam contraxit per verba de præſenti, licet nondum conſummauerit, & hoc in omnibus fauorabilibus. Sed in odioſis appellatione vxoris venit ſolum illa quæ matrimonium conſummauit. *in l. ſi non ſicut. C. de bon. quæ l. b.*

Vxor dicitur ab vngendo, quaſi vnxior. Fuit enim veterum mos Romanorum, vt nouæ nuptæ mariti demum intrantes axungia poſtes vngerent. Eſt autem axungia adeps ſuillis inueteratus, aut cum ſale, aut ſyncerus, qui quanto vetuſtior, tanto vtilior eſt. Dicta eſt axungia ab axe plauſtrorum, vnguento, quamuis etiam Græci pro vocabulo vſi fuerint. Hanc enim religioſam habebant, putabantque mala omnia ab ea domo arceri, propter innumeras axungiæ virtutes, impreſſas ei à radicibus, quibus ſues veſcuntur. Vxorius non ſignificat, ad vxorem pertinens, modo vxori deditum.

¶ Biblici Loci.

Vxor non inuenta virgo, & eius lex, *Deut. 22. v. 13. 14. 15.* Vxor ducens à fide occidenda. *Deuter. 13. 16.* Vxor diligenda *Prou. 5. 18. Eph. 5. 25.* non plus ametur quam Chriſtus. *Matth. 10. 37.* Vxor non temere relinquenda. *Matth. 5. v. 31. 32. & 19. v. 6. 8. 9. Marc. 10. 9. Luc. 16. 18. 1. Corinth. 7. v. 10. 11.* Vxor virum timere debet, *Epheſ. 5. 33.* Domine illa compellare debet maritum ſuum, Saræ exemplo. *1. Petr. 3. 6.* Vxor prudens Dei donum *Prou. 19. 14.* Vxor Ieroboami mutato habitu Ahiam prophetam conſuluit, *1. Reg. 14. 4.* Vxor Iobi maritum ſpernit, *Iob. 2. 9. & 19. 17.* Vxor Loth, in ſalis ſtatuam verſa eſt. *Gen. 19. 26.* Exemplo illa nobis ſit. *Luc 17. 23.* Vxoris adulterium quomodo poſſit deprehendi, *Num. 5. 14. &c.*

Vxoris officium, *Gen. 2. v. 22. & 3. 16. Num. 30. v. 7. 13. Deut. 21. Tob. 10. 12. Eſth. 1. 19. &c. Prou. 11. 16. & 12. 4. Eſa. 3. v. 15. 17. 1. Corinth. 7. &c. 11. v. 5. 9. & 14. 34. Eph. 5. 22. Coloſſ. 3. 18. 1. Timoth. 2. 11. & 3. 11. & 5. v. 2. 10. Tit. 2. 10. 1. Petr. 3. 1.* Vxorem ducentes immunes primo anno *Deut. 24. 5.* Vxorem non licet repudiare, niſi ob ſolam fornicationem. *Matth. 5. 32.*

¶ Sententia Poetica.

Sen. Oct. act. 1.

Amor perennis coniugis caſtæ manet.

Iuuen. 6.

Si verum excutias, facies, non vxor amatur,
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculiq; minores:
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

Sen. Oct. act. 2.

Probitas fideſq; coniugis mores, pudor,
Placeant marito.

Plaut. Merc.

Nam vxor contenta eſt, quæ bona eſt, vno viro.

Ouid. 2. Triſt.

Cumque feſellit amans aliqua nouitate maritum,
Plauditur. & magno palma fauore datur.

Plaut. Stich.

Facile inuenies & peiorem, et peius moratam pater
Quam illa fuit: meliorem neq; tu reperies, neque
Sol videt.

Iuuen. 10.

Nos animorum
Impulſu, & cæca, magnaque cupidine ducti
Coniugium petimus partumque vxoris at illis
Notum qui pueri qualisque futura ſit vxor.

Iuuenal. 6.

Semper habet lites alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet: minimum dormitur in illo.
Tunc grauis illa viro, tunc orba tigride peior.
Cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti,
Aut odit pueros. aut ficta pellice plorat.
Vberibus ſemper lachrymis, ſemperque paratis
In ſtatione ſua, atque expectantibus illam,
Quo iubeat manere modo:

Ter. Adelph. 5. 4.

Duxi vxorem: quam ibi miſeriam vidi! nati filii,
Alia cura: porro autem, dum ſtudeo, illis vt quam plurimum
Facerem, contriui in quærendo vitam atque ætatem meam:
Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero
Odium.

Ex Græc. Com.

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον κακόν,
Eſt ducere vxorem, malum: (vera vt loquar)
Malum neceſſarium putari ſed decet.
Μὴ γαμεῖν γὰρ ἂν δ᾽ ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μὴ σαυτῷ πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ.
Ducas caue vxorem: ſed vbi eam duxeris,
Fer coniugem dotemque conniuens dehinc.
Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον᾽ εἶναι τἀνδρός, ἀλλ᾽ ὑπήκοον.
Γυνὴ δὲ νικῶσ᾽ ἄνδρα κακὸν ἐστιν μέγα.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Proba vxor, ô Nicoſtrata, marito ſuo
Non debet eſſe ſuperior : ſed obſequens.
Nam graue malum vxor eſt ſuperans virum ſuum.
Οἰκία δ᾽ ἐν ᾗ πάντα πρωτεύει γυνή,
Οὐκ ἔςι ἥτις πώποτ᾽ οὐκ ἀπώλετο.
Haud vna ſalua manſit vnquam familia :
Partes priores vxor in qua geſſerit.
Ὅςις γυναῖκ᾽ ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν
Πλουτοῦσαν, ἤτοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν
Ἢ βούλετ᾽ ἀτυχεῖν, μακάριος καλούμενος
Qui ducere vxorem cupit prædiuitem :
Pœnas vel ille pendit iratis Deis :
Vel dum beatus audit, eſſe vult miſer.
Οὐ πάντες οὔτε δυςυχοῦσιν ἐν γάμοις,
Οὔτ᾽ εὐτυχοῦσι, συμφορὰ δ᾽ ὃς ἂν τύχῃ.
Κακῆς γυναικὸς εὐτυχεῖ δ᾽ ἐσθλῆς τυχών.
Non coniugalis ſemper infelicitas,
Felicitasve ſemper eſt comes thoro :
Sed prout vxor obtigit proba, aut ſecus.

De vxoris amiſſione. DIAL. XVIII.

Franciſci Petrarchæ.

DOL.

Vxorem heu perdidi. R. O præpoſterum ingenium ſtupendum- hominem! qui vxoris in funere lugeat, ſaltet in nuptiis. D. Vxo- perdidi. R. O demens! hymenæum cane. Nunc eſt tempus, rum vinctum vidimus, dignioribus iam ſertis accingere. Ma- prælio viciſti, & longa obſidione liberatus es. D. Vxorem per- R. Sic dicis perdidi, quaſi qui febrem perdidit aut ſcabiem. dam lucri ſpecies eſt perdere. D. Vxorem perdidi. R. Nun- tibi fortaſſis opimiorem quæſtum vna lux attulit. Quantis pedibus elapſus es, quanto naufragio enataſti? D. Sed vxo- bonam perdidi. R. Solent id quidem omnes dicere, & qui con- ſciunt. Ego autem & ſi bona vxor, vel omnino mulier bona mirumque animal ſit in terris, vitandæ tamen altercationis permiſerim vxorem tibi qualem dicis amiſſam. Neque ideo pondebo, quod olim quum hæc eadem quæſtio ageretur apud cam reſpondit, poſſe te aliam bonam, vel ſi feceras facere, vel ſi neras inuenire. Muto ſententiam. Nolo te ſæpius rem periculo- mam retentare, quod & ſi ſemel bene ceſſerit, ſtulte reperitur. centum ſui ſimiles mulier mala quam vnam bonam repe- Quamobrem qui malam habuit, ſimilem timeat. Atqui bo- ſimilem ne ſperet, ſed vterque pariter, ille aduerſitatem cumu- hic proſperitatem ſuam deformare caueat. Sic in omnem ca- ſecundo coniugio abſtinendum. Tu nunc ergo ſi, vt ais, bonam ugem amiſiſti, præterito potius gratulare quam futuri ſpem cipias, neque quod puppe integra littus attigeris, crebro naui- m ventis credas. D. Coniugii vinculum, quo tenebar mors diſ- ut. R. Noli te rurſus innectere, cogita quam optabilis, quamque mparabilis ſit libertas, & conſilium Ciceronis amplectere. Qui em viuaciſſimam, & aduerſus quam fruſtra mortis auxilium ſtandum eſſet, dum repudio dimiſiſſet hortantibus amicis, vt m duceret, non poſſe ſimul ſe vxori & ſapientiæ ſtudio dare ope- reſpondit. D. Vxorem bonam perdidi. R. Quid ſi hoc etiam actura, ſed lucrum & magni fuga periculi eſt, vt enim ſit bonam ire, conſtantem vbi quæremus? Notum illud ſummi vatis: *Va- & mutabile ſemper fœmina.* D. Vxorem bonam, ac iuuenili æ- floridam amiſi. R. Parumne igitur fœminei mores ſunt? quam aspudiciſſimas adoleſcentulas, impudicas, ac laſciuas anus vi- us. Ardor nempe libidinis, quoties vetulæ oſſibus incubuit, qua- ſi in ligno arido violentius æſtuat, vel inſtantem ergo vitæ mu- nem, vel vt inde periculum non eſſet venturæ vtique ſenectutis dus, ac faſtidium declinaſti. Graue iuuenibus coniugii iugum, bus grauiſſimum, durum, importabile. D. Amiſi iuuenem vxo- m. R. Seu proles ex coniugio quæritur, ſeu voluptas, quorum rum mariti eſt, alterum adulteri, ad vtrumlibet aptior iuuen- Siue his autem ab vxore perceptis: ſiue eorum altero: eo il- peruenire optabas, vbi inhabilis ad vtrumque eſſet, ſiue ad hæc inhabilem ſperabas, quid niſi votum ſuperuacuum ſpes in- eſt? D. Amiſſa dulci coniuge ſolus ſum. R. Inuidioſa vero eſt, malis caruiſſe comitibus. Vacuo nihil eſt mollius cu- Nihil durius occupato, animis dulces ſomnos & vigilias hone- mantibus, honeſtumque aliquid altumque verſantibus. Ni- egregiis cœptis infeſtius muliebri conſortio. Nec me fugit aduerſus hæc dici ſoleat ab his, quos miſeriæ delectant ſuæ: moniorum inquiunt expertes matrimonia contemnant. Et in prouerbio vulgari: Vxorem verberat, qui non habet. Ego ra, nullos de coniugio queri ſolitos audiui, niſi qui ſarcinam gii pertuliſſent. D. Coniugem amiſi optimam. R. Et quæ mæ, quæque virorum amantiſſimæ videntur, zelo, ac ſuſpi- nibus aliquanto cæteris acrius inardeſcunt, quo incendio conflagrare pacem domeſticam eſt neceſſe. Quorum igitur ... Ita querelæ? Perdidiſti vxorem, inueniſti libertatem, cælibatum, pacem, ſomnum, requiem. Iam tranquillam ſine litigio noctem ages. D. Sine vxore ſum. R. Et ſine aduerſario iam tui, rerumq; dominus tuarum eſſe incipis. Ante lucem lectulo matutinus domo egredi, veſpertinus regredi, ſolus aut cum quibus voles totos dies agere nullo rationum exactore permitteris. D. Vxorem perdidi. R. Perdita dudum ac repudiata requies in cubiculum reuocanda erit. Illa tibi vxore qualibet vtilior comes. D. Vxorem bonam ac decoram perdidi. R. Stulti eſt compedes ſuas quamuis aureas, amare.

De importuna vxore.

DIAL. XXII.

DOL.

Vxorem patior moleſtam. R. Felicius amiſiſſes. Atqui modo perditam querebare. D. Vxorem patior inquietam. R. Primo labori venia forſan aut miſeratio, ſecundo non niſi odium debetur, & quem vna vxor non caſtigat, dignus eſt pluribus. D. Infeſtam patior vxorem. R. In aliis vtcunque fortunam culpes, in vxore autem præſertim altera non alium quam teipſum: hoc tibi malum tu feciſti. D. Vxorem patior procacem. R. Vdas ſuccende paleas, tegulas frange, de reliquo prouiſum tibi eſt. Ita vero cumulatæ quæ te domo pellant, aderunt fumus, ſtilicidium, atque vxor. D. Perfidam patior vxorem. R. Iam periculo res non vacat. Vxor Agamemnonem, vxor Africanum morti dedit, vt Amphiaraum, vt Deiphobum, vt Samſonem ſileam, alioſque quos numerare longum eſt. Illi quidem prorſus innumerabiles, quos vxores nec mori cogunt, nec viuere patiuntur. D. Mala mihi notiſſima explicas: remedium quæro. R. Erunt qui ſuadeant vt caſtiges & prauos mores ad rectum reuoces, totum te huic vni negotio impendas. Ego autem quid? caſtigandam vxorem ſi caſtigando proficias, non nego, ſi id fruſtra eſt, ſola reſtat patientia. Hanc amare, quodque inuitus faceres, volens fac. Eſt Varronis Satyra, Menippeam vocant, de officio mariti. Ibi de hac re illius docti viri conſilium breue, ſed efficax his verbis expreſſum leges, Vitium vxoris aut tollendum, id eſt corrigendum, aut ferendum eſt. Dicti ratio breuis quoque ſed elegans hæc affertur: Qui tollit vitium, inquit, vxorem commodiorem præſtat, qui fert, ſe meliorem facit. Quod dictum ſcriptores alii ſic interpretati ſunt, eiuſmodi vitium vxoris, ſi corrigi non poſſit ferendum eſſe, quod fieri à viro ſalua poſſit honeſtate: quod vitia nempe flagitiis leuiora ſint, eamque non aliam ſententiam fuiſſe Varronis. D. Procax, & moroſa eſt vxor. R. Fer mores ſi immutari nequeunt, & qualiter foris viuas, domi diſce cum Socrate. Et ſi ille duas ſimul pertulit, alii plures, vni tu ne ſuccumbas ſarcinæ. D. Moleſtam vxorem habeo. R. Cui vero non poſſit vxor moleſta contingere, niſi qui ſe nuptiis conſtanter abſtineat cum & Adriano principi, & quo nil altius, nil mitius Auguſto Sabina illi, huic Scribonia, vtraque coniunx dura & peruerſa, moribusq; aſperis digna repudio. Et Catoni Cenſorio tam rigidi tamque inuicti viro animi cum Paula quædam violenta vxor ac ſuperba contigerit, quod mereris, humili etiam orta progenie, ne quis hominum ſperet ignobilitate vel inopia, vel omnino aliter quam perpetuo cælibatu coniugii ſubterfugiſſe moleſtias, ſed quas fuga non euaſerit, patientia perferendas ſciat, nec luctando nec calcitrando ſe torqueat, ac iugum ſponte ſuſceptum iactabundus exaſperet. D. Importunam prorſus & indomitam fero vxorem. R. Bene ais, ferendum eſt, etenim quod deponi nequit, & ſi premat. D. Moleſtiſſimam habeo vxorem. R. Habes vnde patientiæ laudem quæras, vnde diſcas requiem optare, vnde peregrinari ames, reditumque oderis, vbi vocem exerceas, ac bacillum.

De vxore formoſa.

DIAL. LXVI.

GAVD.

Formoſa mihi vxor obuenit. R. Difficilem prouinciam nactus es, vigila dixi iam, durum eſt cuſtodire quod à multis appetitur. G. Forma eſt vxori excellens. R. Solet forma corporis vt multa alia paritate gaudere, in paritatem ac diſſimilitudinem aſpernari. Si par igitur tibi forma eſt, exerceberis, alioqui contemneris, vtrumque laborioſum. G. Forma coniugis magna eſt. R. Et magna ſuperbia, vix eſt aliquid quod æque animum tumefaciat & extollat. G. Forma vxoris eſt maxima. R. Vide ne caſtitas parua ſit. Scitum eſt illud Satyricum: *Rara eſt adeo concordia formæ, atque pudicitiæ,* vt hæc conſtent, morum inſolentiam quis ferat, & cotidiana faſtidia? G. Formoſiſſima eſt vxor. R. Habes domi idolum ſumptuoſum, operoſum, videbis indies peregrinos nouoſque habitus, lauda hinc corporis habitudinem, quam omnia deceant, hinc ingenium inuentricis ad cuncta verſatile, tum iacturam patrimonii lucrū voca. G. Habeo vxorem formoſiſſimam. R. Habes idolum litigioſum inſolens, quod effuſus colas, quod extra te raptus ſtupeas, quod adores, vnde totus pendeas. Summitte collum iugo, & contentus forma coniugis, curaſq; alias, & propriam libertatem procul abijce. Dicebā modo, caue ne quoquo modo aliā præter illam laudes, ne quando oculos ab illius fronte diuerteris, ne ſolito parcius blandiaris, ſolito mi-

nus inſa-

nul[illegible] [illegible]las, quicquid reipueris capitale erit, omnis ſanitas defectio.
Viue denique ad vxoris edictum, & nutum dominæ ſuſpenſus ob-
ſerua mancipium, non maritus. Hæc facito, ſi tanti exiſtimas ali-
quandiu formoſam thori ſociam amplecti, denique ad tempus cute
gaudere, & candidos natos ex vtero tanquam poma nobiliora pul-
chro de vaſe ſuſcipere. G. Vxorem habeo formoſam. R. Venenum
dulce, compedes aureas, ſplendidam ſeruitutem. G. Forma delector
vxoris. R. Vana, breuiſque delectatio. Nil forma fugacius & præſer-
tim fœminea: qui vxorem propter formam diligit, circo illam o-
derit.

De vxore fœcunda, & facunda.

DIAL. LXVII.

GAVD.

Fœcunda mihi vxor eſt. R. Multas tibi curas, multos pariet labo-
res: vxor ſterilis vnica tantum; at fœcunda quidem ſarcina domus
eſt multiplex. Notum eſt illud comicum: *Vxorem duxi, quam non
ibi miſeriam vidi? Nati filij alia cura.* G. Non fœcunda tantum
[illegible] facunda eſt. R. Hinc filii, & nutrices aderunt. Hinc ſales &
verba non deerunt. Habes cum qua diſputes & declames, & Satyri-
cum non audiſti? vbi ait:

Non habeat matrona tibi quæ iuncta recumbit
Dicendi genus, nec curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema: nec hiſtorias ſciat omnes.

Coniugem quærebas, magiſtram inueniſti, iamque aliquid impoli-
tum, commune aliquid loqui ſine coniugis cenſura, & irriſione non
poteris fruſtraque eiuſdem Satyricum illud optaueris:

Solœciſmum liceat feciſſe marito.

inter mundi tædia, nullum importunius procaci fœmina & tacere
neſcia.

De vxore ſterili.

DIAL. XXII.

DOL.

Sterilis vxor eſt mihi. R. Vnum coniugalis incommodi remedi-
um. Sterilitas obſequioſas facit atque humiles, quæ plurimos parit,
iam non vxor creditur eſſe, ſed domina. Sterilis autem flet & tacet,
& an non Helcanæ meminiſti? D. Vxor mihi ſterilis obtigit. R. Mo-
do de coniugis impudicitia querebaris, nunc de ſterilitate conque-
reris. Atqui ſi ea querimonia iuſta fuit, hæc iniuſta eſt. Expedit im-
pudico viro, vt ſterilis vxor ſit, non paſcet filios alienos, quod eſt in
omni vxoris iniuria, ac fœditate duriſſimum, ſi miſerum vxor ad-
ultera, miſerrimum & fœcunda. D. Vxor eſt ſterilis. R. Quid ergo
tu perpetuam eiulantem audire & nutrices litigantes, & vagientes
infantulos maluiſſes? ſterilitas omnia tædia hæc ſubmouit. D. Ste-
rilis vxor eſt. R. Vide ne (quod multi faciunt) vitium tuum alteri
obijcias: Multæ vni viro nuptæ viſæ ſteriles, nuptæ poſt aliis pepere-
re. D Sterilis eſt vxor. R. Quid ſcis qualem tibi filium pareret ſi fœ-
cunda eſſet? Quarundam partus fœcunditatem odioſam, & ſterili-
tatem fecit optabilem. Non tuliſſet imperium Romanum porten-
ta illa feralia, Caium, Caligulam, Neronem, Commodum, Baſſia-
num, ſi Germanicus, ſi Domitius, ſi Marcus Antonius, ſi Septimius
Seuerus aut nullas vxores, aut ſteriles habuiſſent.

De vxore impudica.

DIAL. XXI.

DOL.

Impudica vxor domi eſt mihi. R. Mallem rapta eſſet, aut etiam
importuna moribusque aſperis potius quam laſciuis, ac turpibus.
Ferenda tamen omnia ingenti niſu ingentique animo & rerum
mortalium contemptore: innumerabiles hominum miſeriæ, qui-
bus omnibus vna virtus obijcitur. D. Impudica mihi eſt vxor. R. Pu-
dicitia inſignis imperioſas efficit matronas. Nihil meruit quæ ſibi
nihil eſt conſcia. Huic malo igitur hoc ſaltem boni ineſt, eſſe iam
moleſta minus incipiet, minusque inſolens. Læſa enim conſcientia
fœmineum premit animi tumorem, & ſæpe obſequentior in reli-
quis viro eſt, quæ ſe meminit impudicam. D. Laſciua eſt vxor. R. Nō
mirandum ſi formoſa: non curandum ſi deformis. D. Vxor impu-
dica eſt. R. Pulchra dum limen vxor ſubit, ſubire debet animum il-
lud Satyrici: *Rara eſt adeo concordia formæ, atque pudicitiæ.* Nam
ſi turpis inſaniat prope gaudendum eſt cauſam adeſſe diuortii. D.
Adultera vxor eſt. R. Adulterium ſæpe quidem æque ardentius ex-
petiti coniugii, ſæpe vnum alterius adulterii pœna eſt, eoq; iuſtior, ſi
multorum. Cogita an tu vnquam aliis feceris, vnde hoc tibi fieri ab
alio nunc dignum ſit. Iniuſta enim atque impudens eſt querela, pati
quod feceris indignantis. Et ab alio expectari, alteri quod feceris. lex
moralis iubet. Et facere aliis, quod tibi ab aliis fieri velis ſane adeo
digna eſt, vt illud profani etiam cogente ſententiæ grauitate, atque
æquitate laudauerint. Sed mortalis petulantiæ licentia, legum ſalu-
brium abrogatrix omne fas nefasque confundit. Itaq; paſſim adul-
teri occurſant, qui cum thalamos vicinorum coniugiaque fœdaue-
rint, ſuas interim coniu[illegible]
illas oculum deflexit, inſaniant. Sic ſeuerus aliis, [illegible]
iniquus rerum arbiter quiſq; eſt. D. Coniugalis mihi fides [illegible]
R. Vide ne tu hanc aliis non maritis tantum, ſed vxori tuæ [illegible]
Nam ſunt qui ab vxore exigunt, quod non præſtant, qui laſ[illegible]
ſuam titulo vrbanitatis excuſent, alienam vt grauiſſimum ſcel[illegible]
ueriſſime punientes, qui cuncta ſibi cum permiſerint, cuncta [illegible]
negent. Iniquiſſimi Iudices, qui de pudicitia iudicent, impudic[illegible]
pune paſſim agunt omnia, & ceu ſoluti legibus, vaga libidine [illegible]
tur. Vxor oculum parumper inflexerit, adulterii rea ſit, quaſi [illegible]
domini non mariti ipſi quidem. Illæ autem non vxores diuinæ [illegible]
humanæ domus ſociæ, ſed captæ ex hoſtibus aut emptæ pretio [illegible]
ancillæ. Tametſi obſequi pluſculum fidei nihil plus tua tibi coniu[illegible]
debeat quam tu ſibi. Par debitum, æquus amor, mutua coniugii [illegible]
des eſt. Non excuſo vxores, viros arguo, primamq; illis culpæ [illegible]
tribuo. Perſæpe enim vxor dux, atq; exemplum laſciuiæ vir fuit, [illegible]
inde mali proceſſit initium, vnde remedium debebatur, [illegible]
autem pudor fœminæ proprius, viro certe prudentia atq; conſtan[illegible]
ſua eſſe debet. Itaq; omnis in viro, quam in muliere dementia [illegible]
[illegible]uitas eo eſt fœdior, quo viro debita magis eſt grauitas. D. Con-
iugis adulterio mœſtus ſum. R. Vſitatus dolor, vetus iniuria, nec [illegible]
nis crebra. Vix crebrior coniugii, quam adulterii vſus eſt. Denique
hoc eſt, quod (vt ait quidam) nec permitti, nec prohiberi poteſt, [illegible]
ſcilicet alterum fieri vetat. Tu ne tibi ergo fœminam vnam [illegible]
tam, atque integram voluiſſes, quod nec ferociſſimis tyrannis [illegible]
nec regum maximis potuit tua ætate contingere nec priore [illegible]
ra. Mitto recentia, ne quos forte præſentium offendam. Tutius [illegible]
Herculem ferire quam villicum: Nec vero cuncta veterum [illegible]
gam. Formidatiſſimorum ſummorumq; hominum famæ [illegible]
Noſti autem hisq; vel in ſilentio gemitum tuum [illegible]
qui vrbem luſtra, ſcrutare viciniam dextera læuaque, [illegible]
vel neglectum genium calcatamque thori fidem lugent [illegible]
ſoli, vulgo noti decoris rideantur. Crebriora illa quidem [illegible]
non auribus modo, ſed oculis, quocunq; terrarum perrexeris, [illegible]
tura. At maioribus maior ineſt conſolatio. Reges cogita [illegible]
ac terrarum dominos de hinc ſcriptis famaque cognitos [illegible]
Reſpice & Arthuri fabulam, & hiſtorias reliquorum. In mentem [illegible]
deat Olympias Philippi, Cleopatra Ptolomæi, Agamemnonis Cly-
temneſtra, Menelai Helena, Paſiphae Minois, Phædra Theſei [illegible]
ipſam vrbem Romam olim quoq; dum quoddam quaſi pudici[illegible]
templum eſſet mali huius expertem credas, redeat ad mem[illegible]
Metella vxor Syllæ illius, qui ſi eius noſſet adulteria, non tam [illegible]
mæ perq; omnem Italiam vulgata, ſed quæ Athenis etiam per G[illegible]
ciam cantabantur, minime (vt arbitror) felicis nomen ſibi [illegible]
indebitum vſurpaſſet. Poſt hanc Iulia Agrippæ, quam hinc [illegible]
tio, viri virtus, hinc maieſtas patris abſterruiſſe debuerat, [illegible]
huius filia, & nomine & laſciuia matri par, harumque ſeu [illegible]
fortunæ veſtigiis hærens Iulia Seueri, non ſat pudicitiæ [illegible]
men. Quid Domitiani coniugem Domitiam? Quid Hercul[illegible]
Claudii, ſeu quando hic adulterarum fortunatus coniugum [illegible]
ceps fuit. Eiuſdem Meſſalinam ſummum imperii probrum [illegible]
quæ ſocordem virum, ac Cæſareum deſerens cubile, nocte [illegible]
ria circuibat, illa faciens quæ referre pudor prohibet. Quid [illegible]
Quid ne alias ſtringam? Seu quis fornix auguſtis meretri[illegible]
auguſtus ſit? quarum commemoratio fateor, nec honeſta [illegible]
la ex parte adulterii crimen leuat, quin potius grauat. Habet [illegible]
haud ſpernendam conſolationis efficaciam ſimilitudo [illegible]
ſeriæ, ac paritas ærumnarum, non quod alieno quiſqu[illegible]
uolos delectetur malo, ſed quod humilioris fortunæ hom[illegible]
dignanter pati, quæ toties mundi dominos paſſos nouit, [illegible]
renda mollities, vel ſuperbia videatur. Toleranda cuiq; ſua [illegible]
æquius, quam communem: paruis conſtat ac maximis in[illegible]
misq; mortalium. Proinde non hominibus tantum nuptas [illegible]
etiam deſponſatas, in hæc flagitia labi ſolitas videt, ac [illegible]
nec tanti ſponſi reuerentia, in felicem præcipitemque anim[illegible]
nat. Cui autem parcet effrenis ac rabida libido, quæ nec [illegible]
meruit vindictam? ſeu quibus abſtineat, quæ nec Deo ſacri[illegible]
ribus abſtinendum cenſet? Nec vero tantum hac ætate mon[illegible]
tam fœda libidinum cernuntur, quamuis nulla vnquam re[illegible]
cio fœdiora eſſe potuerint, læſique maioris iram merita. Sed [illegible]
lo, quo ita prodigium ſcelus erat, vt nunc virtus viſa equidem [illegible]
nita noſcuntur. Virgines ipſæ Veſtales quarum exactiſſima [illegible]
tribunitiam ac cenſoriam poteſtatem ceſſiſſe non puduit, [illegible]
rum triumphantium curribus inſediſſe, ne à quoquam [illegible]
phus impediretur, quas poſtremo noxios caſu obuios à ſuppl[illegible]
traxiſſe, legumque & capitalis ſententiæ vim fregiſſe ſola vir[illegible]
tis maieſtate comperimus, quarum præterea ex diuerſo[illegible]
nus tantum turpe, ſed habitus aut ſermo liberior pœna g[illegible]
infamia non carebat, honoris tamen & dedecoris imme[illegible]
terroris inceſtiuæ, damnatæque & defoſſæ ſub terram [illegible]
hiſtorias occurſabunt. I nunc, tot exemplis, & ta[illegible]
obrutus in tanta pudicitiæ ruina tot probris illuſtrium co[illegible]
paululum humilioris cubiculi fidem defle. D. Vxor adul[illegible]
R. Id nonnullis mutandæ in melius vitæ cauſa fuit, qu[illegible]
compede liberati, reiectoq; graui faſce ire altius cœperunt. [illegible]
te vetat coniugis fœditatem primum quoque tibi gradum [illegible]

POLYANTHEA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oris aſcenium. Sæpe & pondus, ſæpe & compedes ex- retardauit. Ibis ocyus quocunq; decreueris, ſolus ac Turpitudine vxoris infamor. R. Ex alieno peccato damnū naſci poteſt, non infamia, ſicut ex aliena virtute gaudium . Tua te virtus, aut vitium glorioſum efficiet, aut infa- Coniugis vror infamia. R. Vel ſile, vel fuge, vel vlciſcere. fecit ille vir ſanctus nactus de ſimplicitate cognomen, & primum molle nimis, tertium prædurum, medium hone- itaq; conſilii videatur, his præſertim quorum media itidem . Nam ſuperbis potentibus fruſtra lex ponitur. Voluntas, Imperus, hæ potentis inſolentiæ leges ſunt. Omne vul- reſcindendum putant. Multa ſunt autem, quæ non ferro ed fomentis. D. Impudica eſt vxor. R. Si pati eligis, ætas for- m franget, & labor, & filii, & morbi, rei familiaris anguſtia. iam frenum vtile pudor fuit. D. Vxor infamis abiit, R. Opta t, ne abierit ſerum votum. D. Vxor adulterum eſt ſequuta. ne tuum in cubiculum adulterum induxiſſet ? hic ſaltem pudicæ fuit, turpem vitam procul agere, pepercit oculis, e- præſentiam tuam. Impudicitiam potes accuſare, non fu- Fœda vxor abiit. R. Si de hoc doles dignus es, vt manſerit, it redeat.

in ducenda vxore honeſtatis nullam habet rationem, ſatis o- non liberorum, ſed libidinis cauſa id ſe facere: itaq; & merce- am habet, & ius in natos nullum ſibi reliquum fecit, quibus m eſſe ſit opprobrio efficit. *Plut. in Solone.*

æquum eſt vt vxor maritum in aduerſis deſerat, cui rerum arum ſocia fuit & particeps. *Zonar. Annal. tom.* 1.

❡ Apophthegmata.

taus interrogabat quendam quamobrem, vxorem ducere qui cum reſpondiſſet, Quoniam ſi formoſam duxero, habi- ſum communem: ſin deformem, pœnam. Haud quaquam, di- d ſi pulchram dixeris, non erit tibi pœna: ſin deformem, non bis communem. *Stob. ſerm.* 65.

em ſciſcitatus à quodam, qualem vxorem ducere deberet ? re- dit, Æqualem tibi ducito. Ipſe enim cum domi haberet opu- orem, habebat etiam moroſam & imperioſam. *Laertius*

ilonis dicterium eſt, vxorem humilem modico apparatu du- am, ne pro coniuge dominam acceſſas domum. Sat enim do- venit puella, quæ pudicitiam & honeſtos mores ſecum adfert. nde hoc erat vnum ex Laconicis inſtitutis, vt virgines ſine dote um irent. *Laer. lib.* 1. *c.* 4.

leobulus, Æqualem vxorem ducendam eſſe ſuadebat. Si. n. ex ſu- ori familia duxeris, inquit, non affines tibi, ſed dominos com- abis. *Stob ſer. de Temperantia.*

dem præterea dixit, filias viris elocandas eſſe ætate virgines, ſed entia matronas. *Stob. ſerm.* 68.

ntiſthenes, Adoleſcenti conſulenti, Cuiuſmodi vxorem ducere diret? Si formoſam duxeris, inquit, habebis communem: ſin de- m, habebis pœnam. Iucundius id effertur apud Græcos, qui- uod ad voces attinet, minimum intereſt inter κοινὴν & ποινὴν: ad rem attinet, plurimam. Suadebat itaq; mediа ſtataq; (vt) forma ducendam, quæ nec faſtidium viro moueret ob de- atem, nec ob inſignem formam peteretur ab adulteris. *Gellius libr.* 5. *Atticarum noctium capit.* 11. *hoc dictum Bian- buit. Laertius autem libr.* 4. *Bioni. Max. vero ſerm.* 39. *Soloni. Pittaco etiam atributum à Stob. paulo iam ſupra recenſui-*

emocritus interrogatus, cur homo procerę ſtaturæ, tam paruam vxorem? Ego, inquit, in malo eligendo, quod minimum erat *Ant. part.* 2. *ſermt* 34. *Meliſſ.*

m dicebat, eum qui bonum generum nactus ſit, inueniſſe fi- qui vero malum, ſimul & filiam perdidiſſe. *Stobæus ſermo-*

to vxorem duxit nobiliorem quam locupletiorem: ita cenſens, vtraq; nonnihil habeat grauitatis atq; ſpirituum, tamen no- turpitudinis verecundiam maritis honeſtas res libentius ob- . *Plut. in Catone maiore.*

reolus philoſ. rogatus, pauperne an diues vxor ducenda eſſet ? rem, ait, alere difficile eſt: diuitem vero ferre, tormentum. *li.* 7. *c.* 22.

curgus. Cuidam percontanti, quam ob cauſam lege cauiſſet, vt te virgines elocarentur ? Vt, inquit, neq; propter inopiam linquerentur innuptæ, neq; ob diuitias expeterentur: ſed vt m quiſq; ad puellæ mores reſpiciens, ex virtute faceret ele- m. Eadem de cauſa fucos & ornamenta, quibus aliæ formam gere vel commendare ſolent, ex vrbe ſubmouit. *Plut.*

ricles, duobus filiam eius ambientibus, quorum alter diues ac s erat, alter vero pauper & ſtudioſus, elocauit eam pauperi: illum qui diues fieri poſſit, meliorem eſſe quam qui iam

Olympias, quum accepiſſet adoleſcentem quendam aulic[illegible] xiſſe vxorem eleganti quidem forma, ſed famæ parum ſecun[illegible] Ita q[illegible] inquit, non ſapit, qui vxorem oculis non etiam auribus duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehenditur. Quidam autem nec auribus, nec oculis: ſed digitis ducunt, ſolam ſpectantes dotem. *Eraſ.* 6. *apoph.*

Aurelia Iouiani Pontani filia natu maior amiſſo Paulo marito- cum à patre ad ſecundas nuptias hortaretur: Quin tu, inquit, pa- ter nuptias ſecundas non inis? (erat enim is etiam viduus) Quia reſpondit, nullam matri tuæ ſimilem me reperturum confido. Ea- dem cura (reſpondit illa) me quoque verſat pater, quod mihi placi- turum Paulo æque ſimilem ſperem neminem. *Adrianus Bar- land.*

Menedemus, Cuidam, ſciſcitanti, num ſapienti ducenda eſſet vxor: Num ego, inquit, videor tibi ſapiens ? Quum annuiſſet, Ego inquit, vxorem duxi. Superuacuum erat de eo dubitare, quod videret factū ab eo quem iudicabat ſapientem. *Laert. li.* 2.

Epaminondas cum in cœlibatu viueret, à Pelopida reprehenſus eſt huncin modum: Non curas tu quidem Remp. qui nullos poſt te filios relinquis, quorum manu patria ſalus rite defendi poſſit. *Bruſ. l.* 7. *c.* 23.

Metellus dicere ſolebat: Si ſine vxoribus poſſemus eſſe, omni[illegible] moleſtia careremus, ſed quoniam ita natura tradit, vt nec cum illis ſatis commode, nec ſine illis vllo modo viui poſſit: ſaluti perpetuæ potius quam breui voluptati conſulendum eſt. *Bruſ. l.* 7. *c.* 22. *ex Gell. l.* 1. *c.* 6.

M. Cato. Maiori laude dignum eum cenſebat, qui bonum ſe gere ret maritum, quam qui in ordine ſenatorio magnus eſſet. *Bruſ. lib.* 7 *c.* 22.

Socrates rogatus ab adoleſcente quodam, vtrum melius cenſeret vxorem ducere, an non ducere? Vtrumcumque (inquit) feceris pœ- nitebit, indicans, & cœlibatum & coniugium habere ſuas moleſtias, ad quas perferendas eſſet præparandus animus. Cœlibatum comita- tur ſolitudo, orbitas, generis interitus, hæres alienus: matrimoni- um, perpetua ſolitudo, iuges querelæ, dotis exprobratio, affinium graue ſupercilium, garrula ſocrus lingua, ſubſeſſor alieni matrimo- nii, incertus liberorum euentus, aliaq; innumera incommoda. Pro inde non hic eſt electio, qualis eſt inter bonum & malum: ſed qua- lis inter leuiora & grauiora incommoda. *Laer. lib.* 2. *Val. Max. lib.* 7. *cap.* 2.

Idem dicere ſolebat, tria ſe mala aſſecutum: Grammaticam, Paupertatem, & pernitioſam vxorem, quorum duo iam effugiſſet, pernicioſam vxorem effugere non potuiſſe. *Ant. part.* 2. *Meliſ. ſer- mon.* 34.

Idem quibuſdam eum conſulentibus de ratione matrimonii cō- trahendi dixit, Quemadmodum piſces, ô adoleſcentuli, qui nondū intra naſſas ſunt, volunt intrare: qui autem iam intus ſunt, volunt exire: ſic & vos, ne idem vobis accidat, videte. *Ant. in Meliſſ. part.* 2. *ſerm.* 34.

Plato. Interroganti cuidam, an vxore ducta philoſophari deberet? Cum neſcias, reſpondit, te ſolum ſeruare, an vxorem quoq; ſuper hu- meris te ſeruaturum ſperas. *Stob. ſer.* 66.

Idem Interroganti, quando ducenda eſſet vxor ? Iuueni, inquit, nondum, ſeni nunquam, Græce iucundius, μηδέποτε, & μηδὲπώποτε, ſubindicans, prorſus abſtinendum à matrimonio. At percontа- tor ille diſcere cupiebat, quo ætatis anno, aut qua anni parte expe- diret adſciſcere coniugem, quemadmodum Ariſtoteles præſcripſit puellæ decimumoctauum, viro trigeſimum quintum: & Romani Aprilem & Iunium exiſtimabant auſpicatum nuptiis Maium inau- ſpicatum: *Laer. lib.* 6. & *Bruſon. lib.* 7. *cap.* 22.

Prothagoras rogatus, ob quam cauſam dediſſet filiam inimico nuptum? Quia, inquit, nihil ei dare poteram deterius. *Ant. ſer.* 34. *part* 2. *Meliſſa.*

Philoxenus. Cum quidam eum percontaretur, cur Sophocles bo- nas introduceret fœminas, ipſe autem malas? Quia, inquit, quales oporteat eſſe fœminas, Sophocles dicit: ego vero quales ſint, *Ant. ſerm.* 34. *part.* 2. *Meliſſ.*

Solon, quum ad Thaletem Miletum veniſſet, admiratus dicitur, quod nuptias filiorumq; procreationem contempſiſſet. Thaletem vero tacuiſſe. Interiectis autem diebus aliquot peregrinum ſubor- naſſe, qui decimo poſt diſceſſum die Athenis veniſſe fateretur. Hic rogatus à Solone, nunquid non Athenis eſſet? edoctus ille à Thale- te: Nihil aliud, inquit, præterquam quod adoleſcentis cuiuſdam ef- ferebatur funus, ciuitate omni ſubſequente, quod eius pater virtute & admiratione inter eiuis primas obtineret, quem tum abeſſe di- xiſſent. O illlum miſerum ! Solon ait. Sciſcitanti vero de nomi- ne, reſpondit, excidiſſe memoria: ſed ob iuſtitiam illius, in omni- um ore verſatum. His Solon in metum coniectus eſt. Poſtre- mo nomen peregrino ſubiecit, ab eoque contendit, Num illi Solo- ni nomen eſſet ? Annuente homine, Solon caput cædere cœpit fi- lium ſuum obiiſſe, ratus. Tum Thales ridens ait: Hæc me So- lon à nuptiis & procreandis liberis dehortantur, quæ te hominem

fortiſſimum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] infringunt, & tum rem fictam eſſe oſtendit. *Plut. in Solon.*

[illegible]*oneus* legum lator moriens fratri dixiſſe fertur: ad ſummam fe[illegible]item nihil mihi defuiſſet, ſi vxor defuiſſet. *Bruſon libr. 2. cap. 22.*

Cicero rogatus ab Hirtio, vt poſt Terentiæ repudium ſororem eius duceret negauit, dicens, Non poſſe ſe vxori & philoſophiæ ſimul dare operam. *Bruſ. libr. 7. capit. 22. Hieronymus contra Iouianum.*

Marianus Socinus, cum minus ſolito litteris operam daret, ob id reprehenſus à quodam reſpondit: Ideo minus libros iam euoluo, quia vxorem duxi rurſus interpellatus, Cur Socrates vxoratus, non itidem philoſophiæ ſtudia neglexiſſet? Xanthippe (ait) moroſa fuit, & deformis: mea autem vxor proba eſt, & forma decenti. *Æn. Sylu. de dictis Sigiſmundi & Friderici tertii Imp. & li. 3. de reb. geſt. Alphonſi.*

Socrates, cum Euthydemum ad cœnam vocaſſet, in medio conuiuii Xantippe irata ſurrexit, & poſt multa in Socratem iacta conuicia menſam ſubuertit. Verum cum Euthydemus ob id valde turbaretur: Cur, inquit Socra. ita te habes? Nonne nuper cum tecum cœnarem, gallina ſubuolans menſam pocula & alia euertit? Irriſit ita moroſæ vxoris indignum facinus, vt interim hoſpitem ſibi placaret iratum, & tolerantiæ exemplum de ſe præberet. *Laert. l. 2. capit. 5.*

Idem. Præterea percontanti, cur Xanthippen moribus adeo incompoſitis fœminam haberet domi, dicebat, ſic habendam conſuetudinem cum moroſis vxoribus, quemadmodum qui ſe ad ſtudium equeſtre exercent, curant equos ingenii ferocioris: quos ſi ſubegerint, ac perpeti poſſint, cæteris vtuntur commodius. Ita qui moroſæ coniugis mores ferre didicerit, multo facilius cum quibuslibet habebit conſuetudinem. *Laert. lib. 2. c. 3.*

Idem. Cum Alcibiades magnam & pulcherrime confectam placentam, magni amoris teſtimonium Socrati miſiſſet: Xanthippe ſuo more irata, eam de caniſtro deiectam, impuris conculcauit pedibus. His Socrates cum arriſiſſet, inquit, Num quid tu ſimul carebis ea? Quod ſi quis putat hæc puerilia eſſe, & nullius pretii: is ſane non nouit, ex his etiam de fortibus & bonis viris probationem fieri, ſi moroſis vxoribus ea ratione conniueant. *Ælian. lib. 11, de Var. hiſt.*

Idem. Alcibiadi demiranti, quod Xanthippen moroſam adeo diligeret: Ego, inquit, iampridem his aſſueui, vt non magis offendar quam ſi rotæ, quæ aquam educit è puteo, ſtridorem audiam. *Laert.*

Idem. Eidem ſimile quiddam dicenti: At tu, inquit Socrates, nonne domi tuæ gallinas toleras glocientes? Tolero, inquit, Alcibiades, ſed oua mihi pariunt, & pullos. Et mihi, ait Socrates, mea Xanthippe parit liberos. *Laer.*

Idem. Xanthippe cum Socrati marito in publico pallium detraxiſſet, ac familiares admonerent, vt tantam iniuriam manu vlciſceretur: Nolo, inquit, vt hoc certamine vobis acclamantibus deriſui ſim, & cauſa ſpectaculi. Maluit vir ſapiens tolerantiæ exemplum de ſe præbere, quam ridiculum exhibere ſpectaculum viri cum vxore certantis *ibid.*

Idem. Cum vxorem Xanthippen diu rixantem tuliſſet, ac tandem feſſus ſederet ante fores, illa magis irritata, de feneſtra perfudit eum lotio. Ridentibus autem illis qui præteribant, & Socrates demum in riſum erupit dicens: Facile futurum putabam, vt poſt tantum tonitru pluuiam ſentirem. *Eraſ. li. 3. apoph. ex Laer. lib. 8*

Idem. Demiranti cuidam, in quem vſum duas aleret vxores tam rixoſas: Hæ, inquit me domi docent tolerantiam, qua mihi in publico vtendum eſt. Harum enim moribus exercitatus, commodior ero ad aliorum conſuetudinem. *Gellius lib. 2. cap. 7.*

Diogenes, quum aliquando vidiſſet mulieres ex oliua pendere, laqueo præfocatas: Vtinam, inquit, & cæteræ arbores ſimilem ferrent fructum. Erat enim Diogenes μισόγυνος, id eſt mulierum oſor, eoq; cupiebat omnes videre penſiles. *Laert. li. 6.*

Anonymus. Philoſophus quidam, cum vxorem haberet improbam & garrulam, & ebrioſam percontantibus cur talem ferret? Vt domi, inquit, habeam philoſophiæ gymnaſium, & palæſtram. Ero enim erga cæteros lenior, hac quotidie inſtitutus. Sunt etiam qui ipſum ob hanc cauſam illam duxiſſe dicant. *Anton. in Meliſſ. part. 2. Serm. 84.*

M. Cato. Obiurgans aliquando ſummam vxorum impotentiam: Omnes, inquit, homines vxoribus dominantur, nos omnibus hominibus, nobis autem vxores, hoc modo colligens, mulieres eſſe rerum omnium dominas. *Plut in Rom. apoph. Ant. in Meliſſ par. 2. ſerm. Alex. ab Alexandr. libr. 6. capit. 8. Cæl. Rhod. libr. 14. capit. 14.*

Idem. Admodum ſenex, Salonini filiam male morigeram amans quum vxorem duxiſſet, rogatus in campo Martio à L. Portio Naſica, num ex ſui animi ſententia vxorem haberet? Non hercule, inquit, Cato. ex mei animi ſententia Scomma autem Naſicæ in amorem Catonis fuit; Catonis autem reſponſum de moribus puellæ datum erat. *Bruſ. lib. 7. c. 22.*

Alphonſus. Eum maxime inſanire dicebat, [illegible] greſſam fugitiuamq; perquireret. Significans, magis [illegible] ab improba & moroſa vxore liberari. *Panor. lib. 4. de di[illegible] Alphonſi.*

Idem, Cum aliquando Ludouicum Podium Putium, [illegible] gubri, fronte ſubtriſtem intueretur, & quid ſibi vellet [illegible] ſcitaretur: ac Putius ob vxorem mortuam mœſtum ſe eſſe [illegible] diſſet: ait Alphonſus, lætum potius atque hilarem eſſe [illegible] nire, ob illius mortem. Nam ſi cognita mortua eſſet, & [illegible] trem à mortuis ſuſcitatum eſſe. Erat autem vxor illa [illegible] difficilis, & viro, dum vixit, admodum moleſta & infeſta [illegible] prope mors quædam. *Panor. lib. 3. de rebus geſtis Alphonſi.*

Greg. Haimburgenſis. Is ſcientia iuris & facundia [illegible] Germanos facile princeps, cum domum ex curia Cæſaris, [illegible] fuerat verſatus, reuertiſſet, atque non longe ab oppido Nur[illegible] genſi amicum offendiſſet, qui vxorem ſuam viuere & ben[illegible] diceret: Si viuit vxor, inquit, ego ſane obii. Innuit autem, [illegible] vxorem mariti mortem eſſe. *Æneas. Sylu. lib. 3. comment. d[illegible] geſt. Alphonſi.*

Alphonſus, Triſponius Iuriſconſultus, & Alphonſi Ara[illegible] regis conſiliarius, cum trecentos aureos Alphonſeos, quod [illegible] erat dotis, furto ſurreptos perdidiſſet, ac propterea animo [illegible] tur, & eſſet ſibi vxor, & illa quidem admodum moroſa, [illegible] phonſum dixiſſe ferunt: Longe illi melius fore, ſi vxorem, [illegible] pecuniam, fures abſtuliſſent. *Panorm. libr. 1. de rebus ge[illegible] phonſi.*

Anonymus, Quidam abunde comis, cum hoſpes vociferan[illegible] diutius vxorem eius, rixantemque cum ancillis, parum æ[illegible] ret, conuerſus ipſe ad hoſpitem: Et quæ, inquit, amice impat[illegible] tua? Duos, inquit, & triginta annos huius clamores dies, [illegible] æquiſſime ipſe perfero, tu vero ne dieculæ quidem ſextant[illegible] eam potes? quo dicto & hoſpitem leniit, & vxorem ab ira [illegible] conuertit. *Adrian. Barland.*

Ariſtippus, mulierem paruam, ſed pulchram conſpicatus [illegible] num, inquit, malum ſed magnum pulchrum. Vel ſi mauis [illegible] tere ſententiam. Paruum quidem pulchrum, magnum aute[illegible] lum. Nam καλὸν & κακὸν apud Græcos facile permutar[illegible] *Anton. in Meliſſ part. 2 ſerm 33.*

Socrates dicere ſolebat viro oportere ciuitatis parere [illegible] xores vero maritorum, quibus cum viuunt morib. Norma [illegible] iugis vir eſt. Æquitas [illegible] tur docet, vt viuis tanquam capiti [illegible] obtemperent. *Eraſ. lib. 3 apoph.*

Antiſthenes. Cum his mulieribus habendam conſuetudinem dixit, quæ beneficium beneficio penſent, αἳ χάριν ἴσουσι, [illegible] gratiam habituræ ſint. Sentiens, abſtinendum ab his quæ [illegible] vendunt inhoneſtam voluptatem, nec pariunt, nec amant [illegible] aut à valetudinariis, deformib. ac male moratis, quæ gignunt [illegible] tus pœnitendos. *Laer. l. 6. c. 1.*

Theano Rogata, quando mulier eſſet munda à viro, reſpondit [illegible] ſuo ſemper, alieno nunquam. *Laer. l. 8.*

Phocionis vxor, in complurium fœminarum cœtu interroga[illegible] cur ſola ex omnibus aureo non vteretur ornatu? Satis, inquit, [illegible] magnus ornatus viri ſui virtus eſt. *Anton. in Meliſſ. part. 2 [illegible] mon. 33.*

¶ Similitvdines.

Plutarchi. Vt orator neglectis fucis ac theatricis cultibus [illegible] ipſis magis mouet auditorem: Sic vxor non meretricio corporis [illegible] tu, ſed moribus commendatur viro. *in Moral.*

Vt tibicen per alienam vocem ſonat: Ita mulier quædam [illegible] uabitur per virum loqui. *in Moral.*

Luna cum ſoli coniungitur, tum obſcuratur, & occultatur [illegible] abeſt lucet: contra proba vxor præſente marito maxime [illegible] ſpici debet, eodem abſente maxime condi ac latere. *in [illegible] libus.*

Vt philoſophi colentes principem ſe reddunt nobiliores, [illegible] lum: Sic vxores, ſubdentes ſe viro, laudem conſequuntur [illegible] autem imperare deterius audiunt, quam quæ ſubiiciuntur. *[illegible] ral.*

Vt geometræ negant moueri lineas & ſuperficies ſine c[illegible] ſed vna cum corporibus moueri: Sic vxor in ſeriis & ludi[illegible] tu & riſu, lætis & triſtibus, accommodabit ſe marito. *in [illegible] bus.*

Cum ſpirat Boreas, conatur vi veſtem reuellere, ad hom[illegible] gis aſtringit pallium: quod ſi ſol tepido vento demulſerit, [illegible] te & tunicam abiicit: Sic vxor conans conuitiis maritum à [illegible] uocare, magis irritat: ſi placide ferat, & roget, magis efficit. *[illegible] ral.*

Qui miniſtrant elephantis, non ſumunt lucidam veſtem [illegible] tauris purpuream non induunt: nam his coloribus efferan[illegible] grides tympanorum ſtrepitum non ferunt: Ita vxor ab [illegible] abſtinere, quibus ſenſerit maritum vehementer offendi. *[illegible] libus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

... apud virum, ne videatur laſciua : nec a... nequam ... : perinde facit, quaſi nec vngeretur, ne ... vnguentis vti : nec lauaret faciem, ne fucis vti putetur. *In* ...

... ſpeculi ex auro gemmiſque conſtructi nulla fu... niſi formam ſimilem repræſentet : Ita neque diuitis ... fructus vllus eſt, niſi vitam exhibeat marito ſimilem, & in... concors *Apud Stob. ſerm. 70.*

... Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus ſenis ! Sic mulier ... viro taciturno. *Eccl. c. 21.*

... *iugum* concuſſum, mulier nequam : qui dominatur illi, ... qui apprehendit ſcorpionem. *Eccl. c. 26.*

... Vt carioſas naues procellæ & turbines : ita mala vxorum ... infirmas maritorum ſuorum animas demergunt. *Homil. de* ...

... Maximi monachi. Vt equites decet ferocibus aſſueſcant vti e... quos ſi domuerint aliis etiam vtilius vtentur : Sic quoq; pro... cum vxore iracunda conſuetudinem habere, exercitationis cau... *ſerm. 19.*

Plutarchi. Vt nemo ſentit, qua parte ſtringat calceus, niſi qui ... eſt : Ita nemo nouit ingenium mulieris, niſi qui duxit vx... *in Moral.*

... ſponſæ quæ ſtatim offenſæ motibus virorum, eos deſerunt : per... faciunt, ac ſi quis ictus ab apibus, mel relinquat. *In Mo... ral.*

Vt ælurus vnguentis efferatur, & in rabiem agitur : Ita q[illegible] dæ, [illegible] vxores inſaniunt, ſi ſenſerint in viris vnguenta. *in Moral.* [illegible]

Vt inutile ſpeculum eſt, auro gemmiſque adornatum, niſi [illegible] ſentet ſimilem imaginem : Ita inutilis vxor quantumuis opulenta, ſi viro mœſto ſit hilaris, hilari mœſta. *in Moral.*

¶ Hieroglyphica.

Vipera ſuo quodam ingenio prædita, extra ordinem, ſua habet hieroglyphica, quorum illud præcipuum : quod *mulierem* quæ virum oderit ſuum, cui mortem etiam intentet : neque niſi coitus tantum gratia blandiatur, per *pictam viperam* ſacerdotes illi intelligebant : ea ſiquidem, vt apud Homerum eſt, cum mari copulatur, caput eius ori inſerit ſuo, atque in concubitus conflictu, nimia voluptatis vi ſuperata, capite maris mordicus amputato, maritum extinguit. *Pier. Val. l. 1. 4 p. 133. B.*

Non abſurde etiam *voluptatem & vſum,* quæ ſoleant ex vxoria conſuetudine, vnanimique concordia percipi, qualem Homerus mirifice commendat, per *Ignis & Aquæ* interpretabimur : cum nihil fere ſit in rerum natura igne iucundius, nihil aqua vtilius, quæ ſola ex rebus omnibus, neceſſitatibus innumeris, opem affert : quare aquam Pindarus Optimam Ariſtotele etiam comprobante nuncupauit Igneum etiam ardorem, auri pari Elogio proſequutus. *Idem lib. 46 p. 455. C.*

FINIS LIBRI DECIMINONI.

EEEEEE